

rorum nisi resipiscant opprobrium sempiternum. Accingamus igitur nos tandem omnes ad vestri hu-  
ius sancti propositi executionem, non tam salubrem  
63 quam necessariam, adest enim turcus præ foribus  
et ad ostium romani imperii pulsat, ne dicamus do-  
miciolum magna ex parte penetrasse; sequamur ergo  
maiorum nostrorum exempla. Evidem in historiis  
legimus, quod Caroli Magni tempore apparuerit in  
vestibus hominum signum crucis et in dicta cruciata  
recuperatur Jerusalem cum tota Terra Sancta expul-  
sis saracenis, et exinde et Jerusalem subiugavit sibi  
totam fere Asiam atque in superiori India perfuit.  
Joannem, filium regis frisonum, qui ob vitæ sancti-  
moniam dietus est vulgo proesbiter Joannes, quo ti-  
tulo adhuc usque in hodiernum diem nostrales re-  
gem illum honorant. Similiter et circa annum Do-  
mini M. V. resplenderunt . . . . similiter crucees  
diversorum colorum numero quinque et profligati  
sunt saraceni a christianis cruceesignatis, qui et Con-  
stantinopolim recuperant fitque ibi imperator Baldu-  
nus, comes Flandriae. Verum, ne nimium exinde  
audacia libere agamus, invenimus etiam in chronicis  
subsecutam aliquando apparitioni signi crucis stra-  
gem populi christiano, dum negligentius ageret, ve-  
luti fuit illa in Ronzivalle sub Carolo imperatore  
magno supradicto, quorum similia nonnullis etiam  
aliis temporibus ac diversis locis acciderunt. Pro  
etiam contra quæ porro si peragamus singula enar-  
rare epistola nedum excedunt; volumus tamen di-  
xisse hæc, ne atheletæ nostri nimium ex his prodi-  
giis vel lætentur vel tristentur. Habeamus quoque  
hæc pauca exempla, quæ nos omnes hinc ad confi-  
dential, illinc ad providentiam incitent; et cum  
bona venia, Caesar Invictissime, non quasi mihi arro-  
gem ut caeteros doceam, scilicet pro zelo, hæc dico  
quoniam sit Vestra Majestas me quoque una cum eadem  
ad hanc habere causam. Accidit etiam nunc noviter  
aliud, quod nam verum dubius sum publicare de-  
heam nec ne; sed tamen, quia nihil exinde ne alii  
subsequi video, et supra narratorum est confirmatio  
recitabo breviter, non equidem approbando  
vel reprobando, casum prout ad me relatus est. Igi-  
tur in Malhorne, ducatus vestri limburgensis, mea  
diecesis, est puella quædam undevigesimum agens  
annum, quæ palam se constanter asserit, quod cum,  
in die festo Sanctæ Crucis novissime præterito, dum  
Beatissimæ Virginis laudes in ecclesia, sero inter sep-  
timam et octavam horam, audisset, cedens domum  
de mandato dominæ suæ, quæ ad sororem vicinam  
diverterat, strueret ignem visum est sibi colloqui non-  
nullos in solario domus et, arepto iter ulnas puerculo

semestri, consendit quam festinatissime gradus so-  
larii, cumque ad penultimum pervenisset, subito ap-  
paruisse sibi pulcherrima facie et integra etate mulie-  
rem candidissimam, vestibus inductam, quæ quidem  
trepidanti puellæ ac sciscitanti unde et ad quid illuc  
ipsam venisset, deponere jussit timorem et respon-  
dit placidissime, complexis manibus dimissoque vul-  
tu, sese iam diu suis precibus placasse iram Dei,  
verum in tanta prolapsum scelera genus humanum,  
quod nisi, eito poenitentiam ageret periturus iam iam  
esset mundus, quodque id ipsa puella primo suæ  
dominæ, deinde universo populo nonciaret admone-  
retque omnes, ut crucis signum, quod ita nunc un-  
dequaque appareret, haberent homines in summa  
veneratione illo et enim opus se habituros brevi; et  
hiis dictis confessim evanuit cum fulgentissima ma-  
ximi luminis claritate . . . Hæc cum puella nonciasset,  
ut supra injunctum diximus, fit subito timor, clamor  
et concursus populi, ac compulssatis tota nocte cam-  
panis, fiunt illico mane subsequenti, mirabile dictu,  
per totum illum ducatum solemnes preces, proces-  
siones ac missas, nec cessant adhuc eorum ac vici-  
norum peregrinationes ad loca religione clara. Quæ  
cum ad nos præclara essent, fecimus coram nobis  
sistì puellam, una cum ejus genitore ac domina  
cui servit, pastore quoque loci, caeteris vicinis non-  
nullis; et, convocatis viris doctis et tam religiosis  
etiam sacre theologiæ professoribus, interrogata et  
examinata puella diligenter super præmissis ac cir-  
cumstantiis omnibus, quæ tum excogitari potuerunt,  
respondit et ad singula cum pudore tam constanter  
et prudenter, ita ut nihil sinistri, nihil perversi nemo  
nostrum notare poterat. Examinati insuper reliqui,  
qui una de mandato nostro advenissent supradictum  
est, optimum de illa et eius vita conversatione ac  
moribus testimonium præbuerant. Nihil tamen, ut  
prædicti, de veritate huius visionis, ut prædicti, præ-  
cipitanter definire volo; hoc exinde bonum passim  
subsequitur, quod miram undiquaque poenitentiam  
homines agunt, quam quidam veram et salutarem  
et illis ac nobis concedat piissimus Deus, qui quoque  
Vesta Caesarea Majestas prospere dirigat semper.

Ex Traicto, decima octava maii, anno 1501.

Excellentissimæ Vestrae Majestatis humiliissimus  
servitor, ac devotus capellanus.

JOANNES DEHORNE, *episcopus leodiensis.*

In dorso litterarum.

C. M.